

edicti. idem Bart. in leg. 1. §. fin. ff. Quorum legatorem. idem Bart. in l. de Pupillo. §. Qui opus. 1. column. ff. de Novi oper. nunt. & ibi Paul. & latius Alexand. 1. col. num. 3. Bald. in leg. fin. Cod. Unde legitimi. 4. col. in fin. idem Bart. in l. fin. Cod. de Edict. divi Adriani, toll. 4. col. num. 9. Jacob. But. ibi 3. col. post princ. Alb. ibi, 9. col. in med. Bald. ibi, 6. column. 7. oppos. ibi Salyc. penultim. column. in fin. Alex. fin. column. in fin. Corn. 3. column. post princip. Jas. 7. col. num. 18. & in expresso per istam rationem in casu nostro tenet Bald. in l. Ea lege, Cod. de Condit. ob causam. Confirmatur etiam per text. singularem & unicum in l. Si quos. Cod. de Decurionibus lib. 10. ubi probatur, quod partes possunt petere à iudice confirmari contractum per eas celebratum, licet de se fuerit validus: & ad hoc illud text. dicit unicum Bart. ibi, num. 1. & Plat. 2. column. in princip. Jas. in leg. 1. Cod. de Carbon. edict. 3. column. in princip. facit etiam quod tradit Innocent. & DD. in cap. 2. de Confirm. util. vel inutil. Confirmatur etiam ex notabili sententia Ang. in leg. Si finita post princ. numer. 1. ff. de Damn. infect. ubi dicit, quod quando quis est in tenuta & detentatione, vel possessione rei, & petitur ab aliquo adversario revocari, quia fortè est nulla, vel non ritè apprehensa; poterit detentator vel possessor petere quod non revocetur, imò quod confirmetur per iudicem, si alleget vel probet causam per quam de novo esset sibi danda; & iudex tali casu debet eam sibi confirmare: Et istam eandem sententiam & conclusionem tenet Paul. de Castr. in leg. Qui bona fide, §. fin. numer. 4. ff. de damn. infect. & dicit esse menti tenendum: & hoc pluries practicatur, & tenet Angel. in §. Quadrupli. 14. column. numer. 46. in med. instit. de Action. Alex. qui melius & notabilius, quam alius, loquitur in puncto, in dict. leg. Si finita, 2. column. num. 5. ut que. in fin. m. facit etiam doctrina notabilis Bart. & communis in leg. Si expressis. ff. de Appellat. fin. column. Bart. in leg. Si ut proponis, la. 1. Quomodo & quando jud. & ibi communis opinio: ubi potest iudex superior reformare sententiam nullam.

Et ex superioribus ego reprobo sententiam Glossæ notabilis in l. Ab emptione. ff. de Pactis in gloss. fin. in medio, ubi dicit, quod si in contractu venditionis venditor se constituit nomine emptoris possidere; non potest amplius venditor conveniri actione personali ex vendito, ut tradat rem; sed debet conveniri rei vindicatione, vel uti possidetis, ex eo quod per constitutum emptor est factus dominus & possessor; unde actio personalis ex vendito non potest

test sibi competere: & istam communem Glossam sequitur & dicit multum notabilem Bart. ibi, 2. column. in fin. num. 7. & illam tenet & commendat ibi Jas. 6. column. num. 12. & dicit quod eam tenet etiam ibi Salyc. & Fulgos. & dicit Jas. quod cum illa glossa tenent communiter DD. ibi, & facit glos. in Authentic. sacramenta puberum, Codic. si adversus vend. glos. penultim. Glos. in leg. Si cum fundum in glos. penultim. ff. de Contrah. emptio. ubi dicitur, quod re semel tradita, amplius non competit actio ex eo contractu contra venditorem, sed per constitutum habetur pro tradita; ergo, &c. Et istam etiam conclusionem per istas GG. tenet & commendat in practica Ang. de Aretin. in §. 1. Institut. de emptio. & vend. fin. column. in fin. idem Angel. in §. Actionem, Instit. de action. 4. column. numer. 9. idem tenet & valde commendat ibi Jas. 20. column. numer. 148. Sed certè illa conclusio Glossæ & DD. est falsa: quia cum emptor non sit factus dominus per actum verum & naturalem, sed fictè, bene potest sibi competere actio personalis ex vendito, ut perfectè & naturaliter res sibi tradatur: & hoc apertè & clarè fundatur ex superioribus, & in expresso ita tenet ibi Angel. de Perus. 2. column. in fin. Paul. de Castr. fin. col. in fin. & iste est sensus Bald. 3. col. in med. idem tenet Paul. in leg. Julianus. §. Ex vendito, in fin. num. 5. ff. de Action. emptor. idem etiam tenet notabiliter Cin. in l. 1. Codic. Quando liceat ab empt. disced. fin. col. 5. quæst. 3. in euj. 19. Secundo principaliter quæro, an tali casu, quando res majoratus sunt penes tertium, detur successor majoratus remedium recuperandæ possessionis, scilicet Unde vi, cum poena & effectu ejus? Et breviter dicendum est quod non: nam cum successor iste possideat, nec per alium sit privatus illa legali possessione, non potest competere illud remedium: unde si illud intentaret, succumberet: & in specie ita tenet Bald. in Authentic. defuncto, Cod. ad Tertull. 2. col. num. 6. tenet Jas. in l. Si sorori. Cod. de Jure d. liber. 2. column. vers. Secundo limita & sig. & tenet Alex. 1. column. Consil. consil. 37. 2. column. num. 4. Socii in leg. Rem que nobis. ff. de Acquirend. possessio. 1. col. vers. Quarto & ultimo conclude. Quod tamen intelligo, quando ille tertius, penes quem sunt res majoratus, non intervertisset possessionem successor majoratus, secus tamen esset, si intervertisset possessionem ejus, & taliter resisteret, quod amitteret suam possessionem successor majoratus; quia tunc sibi competeret contra eum interdictum & remedium recuperandæ Unde vi; argumento text. in leg. 1. §. Sive autem corpore. ff. de Vi & vi armat. text. in §. Dejicitur, ejusdem

dem leg. text. in leg. Cum fundum. ff. de Acquir. posses. text. in l. Clam possidere. §. Quid ad mundinas in fin. juncta Glossa & communi opinione, supra isto titul. (m)

120 Tertio principaliter quæro, an in casu nostræ legis, quando res majoratus sunt penes alium, detur successor majoratus interdictum & remedium retinendæ possessionis, scilicet, uti possidetis? Et videtur quod non; quia virtus & substantia hujus interdicti est, ut solum competat possessori contra molestantem & perturbantem eum in sua possessione, ut pronuncietur possessor, & alter desistat à molestia, text. in leg. 1. in princip. ff. Uti possidetis, & in leg. unic. Cod. eod. tit. & in §. Retinenda, Instit. de interdictis, & dixi latè & magistraliter supra, ista l. in interdicto, uti possidetis. Sed in casu nostro ille tertius non molestat nec perturbat successorem majoratus in sua possessione civilissima legali, imò fortè tacet, & facto nec verbo non contradicit, nec resistit suæ possessioni, nec aliquo modo eum inquietat: Ergo non possit contra eum competere istud remedium seu interdictum possessorium Uti possidetis. Præterea dico, quod dato quod huic successor majoratus competat hoc interdictum Uti possidetis, nullum videtur sibi afferre effectum: nam dato quod per eum pronuncietur possessor mediante ista lege, & ille tertius detentator condemnetur ut de cætero non molestet nec perturbet eum, non per hoc consequetur restitutionem rerum; quia istud interdictum nullam habet naturam recuperandæ, ut in iuribus supra allegatis: unde

ille tertius detentator poterit dicere, quod ipse nullo modo vult molestare vel inquietare successorem majoratus in sua prædicta possessione, sed quod quietè & pacificè habeat eam, sed quod vult sibi habere & tenere detentationem quam habet omnium rerum, quam nullo modo vult nec tenetur restituere mediante remedio Uti possidetis intentato; cum ad hoc non extendit effectum nec virtutem ejus.

Sed his non obstantibus, ego teneo pro veritate, quod in casu nostræ legis competit successor majoratus contra tertium detentatorem rerum interdictum & remedium retinendæ Uti possidetis: imò dico, quod istud remedium propriè & juridicè competit, & à peritioribus advocatis proponitur in usu & practica: & in expresso, quod istud remedium & interdictum competat in nostro casu, tenet Faber in §. Sui, Instit. de hered. qua. & dif. 2. column. post princip. & tenet singul. & subtiliter Anchar. in cap. 2. de Consuetud. 2. col. in princip. (n) Nec obstant superiores meæ rationes: Prima, in qua dicebam quod ille tertius detentator non molestat nec perturbat successorem majoratus in sua civilissima possessione: Quia respondeo, quod imò nimis turbat & molestat ex eo quod actualiter retinet bona, & non restituit illa successor majoratus, & non sinit uti frui prædictis bonis & sua possessione, argumento text. in leg. Si duo. §. Hoc interdictum sufficit. ff. Uti possidetis, ibi: Etenim videtur mihi possessionis controversiam facere, quod prohibes me uti mea possessione. Bonus text. in §. Si videamus, versic. Etenim, ejusdem

(m) Hoc interdictum recuperandæ, sine distinctione majoratus successor dandum esse testatur Guid. Pap. quæst. 552. Boerius in Consuetud. Bituricens. tit. de Testam. §. 6. glos. 1. Dec. cons. 84. col. 1. & 2. Socii in leg. Rem que nobis, num. 13. fol. 5. ff. de Acquir. posses. Rip. communiter receptum id asserens in lib. 11. Recept. cap. 4. num. 84. & sequent. Cassan. cons. 10. dubio. 12. Anton. Cras. inter consilia Calei cons. 65. col. 3. verb. Competit etiam quintum, Guill. Bened. in Repet. cap. Raynut. verb. Mortuo itaque testatore 2. num. 73. Paul. Paris sibi contrarius cons. 41. num. 13. col. 1. Tiraquel. in tractat. de Mort. 4. declarat. 6. part. num. 3. & 4. Afflic. decis. 199. num. 6. Jas. ibi contrarius consil. 8. col. 1. lib. 3. & consil. 147. column. 1. lib. 4. Bald. sibi parum constans in Rubr. extra, de caus. posses. & proprietatis column. ultim. ubi Rip. num. 24. Covarrub. lib. 3. Resolut. cap. 5. n. 6. vers. Sic & interdict. recuper. Menchac. de Suci. creat. §. 21. num. 89. Palac. hic n. 26. Castill. verb. Tomada la posesion. Xua rez n. in leg. 8. tit. de las Herencias, lib. 3. Fori num. 15. Molin. lib. 3. cap. 13. n. 6. Mier. in tract. Major. in initio 3. part. num. 1. ad fin. ubi plures allegat. Aceved. alios plures referens in l. 8. tit. 7. lib. 5. n. 25. tam contrariæ, quam hujus opiniones Authores.

(n) Tenet etiam Guid. Pap. decis. Delphinatus 552. column. 2. Guillel. Bened. in Repet. cap. Raynut. verb. Mortuo itaque testatore, el 2. n. 72. de Test. Carol. Ruin. cons. 28. in fin. lib. 1. Tiraquel. in tract. de Mort. 1. declar. 6. part. ubi neminem ex scribentibus dicere asserit. Cassa. in C. Burgun. rub. 7. §. 1. n. 7. Boet. in Consuetud. Bituricens. tit. de Test. §. 6. glos. Covarr. lib. 3. Resol. cap. 5. n. 6. verb. Item & hic possessor. ubi hanc asserit communem: Palac. Rub. hic num. 27. Greg. in leg. 7. glos. magna, verb. Item, & hic possessori tit. 4. part. 5. Molin. lib. 3. de Primog. cap. 13. n. 6. Mier. in tract. de Major. in initio 3. part. n. 11. verb. Competit.

Anton. Gomez. ad Leg. Taur. Q9

dem l. text. in §. Si vicinus ejusdem l. text. melior de jure in leg. Vim facit. ff. de Vi & vi armat. cujus verba sunt, vim facit qui non sinit possidentem, eo quod possidebat, ut arbitrio suo, sive in serendo, sive in redigendo, sive in arando, aut quid edificando, sive quid omnino faciendo, per quod liberam possessionem adversari non reliquit. Facit etiam doctrina Bartol. & communis in leg. 1. §. Hujus autem interdictum, in princ. eod. titul. ubi dicit, quod istud interdictum *Uti possidetis* datur contra quemlibet inquietantem, licet non contendat se possidere; ut dixi supra ista leg. tractando proprie de materia hujus interdicti: Ergo merito in nostro casu successor majoratus dabitur contra illum tertium istud remedium & interdictum *Uti possidetis*. Non obstat etiam secunda subtilis ratio, in qua dicebam, quod istud interdictum non habet naturam recuperandi, & ideo nullum consequetur effectum talis successor majoratus, nec recuperabit rerum detentationem: Quia notabiliter respondeo, quod hoc casu recuperabit plenum effectum & rerum restitutionem, & sic non solum pronuntiabitur legitimus possessor, sed in consequentiam fiet sibi plena restitutio rerum, & hoc casu prædictum interdictum habet mixtam naturam, scilicet *retinendæ & conservandæ possessionis*, & *insuper restituendæ & recuperandæ*: & ratio est, quia numquam dicitur ille tertius detentator desistere à molestia vel inquietatione, nisi actualiter restituat omnes res quas habet & detinet successor majoratus; (o) & in hoc consistit tota virtus & intelligentia hujus articuli; & istud est proprium remedium, quod in casu nostræ legis debet intentari; & ita consulo quod fiat.

Pro qua sententia & declaratione allego & considero Glos. notabilem & expressam in leg. *Clam possidere*. §. Qui ad mundinas in glos. fin. prope fin. ff. de Acquir. posses. ubi dicit, quod civiliter possidenti datur istud interdictum *Uti possidetis* contra tertium naturaliter tantum possidentem, ut declaratur possessor, & restituatur sibi illa naturalis possessio, sine qua semper diceretur molestari in sua civili: & ibi tenet Bartol. fin. column. in med. Alb. fin. column. & tenet & commendat ibi Ang. 2. col. n. 4. & ad hoc illam Glos. reputat ibi singularem Joan. de Imol. fin. col. in fin. & reputat singularem Roman. 1. col. in fin. tenet etiam & notabiliter ibi declarat Paul. fin. column. num. 7. Cuman. penultim. column. post medium, & te-

(o) Quam rationem tradit Gloss. optima in l. Male agitur, Cod. de Præscriptione 30. vel 40. annor. quam ibi sequuntur Cin. Bald. Salyc. & communiter DD.

net ibi Alexand. 7. column. num. 17. qui dicit, hanc esse notabilem practicam: tenet etiam & commendat Jas. ibi, 15. col. num. 16. similiter Glos. & expressa in leg. Naturaliter. §. Nihil commune in gloss. fin. in fin. ff. de Acquirend. posses. est ibi Bart. 5. col. Alber. 1. col. Paul. penult. col. Aretin. 7. col. Alexand. 17. column. num. 47. Jas. 18. col. n. 86. Vincent. 27. col. num. 58. Rip. 22. col. num. 135. Similis gloss. est in leg. unic. Cod. *Uti possidetis*, in verb. *Nec vi in med.* ibi: *Ratione enim civilis quæ sibi turbatur, habet dominus interdictum uti possidetis*, & ibi tenet & reputat mirabile Bart. 3. col. num. 4. Bald. ibi, 4. col. num. 11. Angel. fin. col. in fin. Salyc. 4. col. num. 18. Similis gloss. est, licet non soleat allegari in l. Si duo. §. fin. in glos. 1. ibi: *Ut illam naturalem dimittat. ff. Uti pos.* & ibi eam ad hoc notat & commendat Ang. de Perus. Et istam sententiam & conclusionem tenet & declarat notabiliter Bart. in l. 1. §. *Interdictum pen.* col. in fin. num. 9. ff. *Uti possidet.* & ibi Ang. de Perus. in fin. idem Bart. in leg. Si prius, ff. de Oper. novi nunt. fin. col. & quest. tenet etiam & valde commendat Antonius de Butr. in cap. *Item cum quis de Restitut. spoliat.* 2. col. & ibi Imol. 1. col. num. 3. Abb. 2. col. post medium, tenet etiam Cin. in leg. *Ordinarii*, Cod. de *Rei vendit.* 2. col. in medio, & ibi Bald. 3. col. Salyc. 2. col. 4. oppos. Paul. de Castr. 2. col. in fin. Jac. But. in leg. *Incerti juris*, Cod. de *Interdictis* 3. col. & ibi Bald. 4. col. Salyc. 5. col. & est vera & communis opinio in prædictis locis.

Secundo pro hac sententia & conclusione allego & considero etiam Glos. valde notabilem in l. *Male agitur*, Cod. de *Præscript.* 30. vel 40. annor. in gloss. ibi: *Sed uti possidetis interdictum, &c.* ubi expressè determinat, quod si colonus, vel inquilinus, commodatarius, vel depositarius, emphyteuta, vel ille, qui habuit rem precario, finita conductione, emphyteusi, vel revocato precario, non restituat detentationem rei, vel possessionem naturalem, quam ille haberet, potest per dominum conveniri interdicto *Uti possidetis*, ut non turbetur dominus in sua civili possessione, vel in utraque; & in consequentiam quod restituatur sibi naturalis possessio, vel sola detentatio, quæ esset penes conventum: & ibi tenet & sequitur Cin. in fin. Bald. Salyc. & communiter DD. & in specie istam conclusionem tenet & sic declarat Bartol. licet illam Gloss. non alleget, in l. 1. §. fin. fin. col. n. 17. ff. *Uti possidetis*. Tertio facit illa Gloss.

notabilis in leg. *Ab emptione*. ff. de *Pactis in glos. fin. in medio*, ubi dicit, quod si in contractu venditionis, vel alio habili ad translationem domini, venditor se constituat nomine emptoris possidere, & non tradat rem; potest emptor agere contra eum interdicto *Uti possidetis*: & in hoc communiter approbatur, licet in alio non sit vera, in quantum tenet quod non competet actio personalis ex vendito, ut supra dixi: & licet Glossa in illo casu declaret virtutem vel effectum hujus interdicti, dico quod virtus & effectus hujus remedii erit, quod emptor dicit se possessorem virtute clausulæ constituti, vel virtute alterius actus ficti, & petit non molestari per venditorem, & in consequentiam quod restituatur sibi res vendita: in terminis ita declarat ibi Paul. de Castr. penult. column. in princip. numer. 17. Quarto facit text. in leg. 1. & in leg. de *Pupillo*. §. *Nunciationem*, & in leg. *Prætor. ait*, & quasi per totum. ff. de *Operis novi nunt.* ubi habetur, quod si post denunciationem sibi factam quis ædificat, cogitur demoliri mediante interdicto *Uti possidetis*, cui per hoc conservatur ejus possessio: de quo vide in propria materia, quam per me habes examinatam.

Ex quibus remanet iudicio meo iste passus & articulus bene & utiliter expeditus, quod successor majoratus in casu hujus legis poterit agere contra tertium, penes quem sunt res majoratus, interdicto & remedio *Uti possidetis*, concludendo in libello & petitione sua isto modo: Quod ipse est verus & legitimus successor majoratus, & quod mediante nostra lege & ejus dispositione fuit in eum translata utraque possessio; & quod injustè prædictæ res detinentur ab adversario; & quod petit eum pronuntiaritalem successorem & possessorem; & quod adversarius condemnatur, ut eum non molestet, perturbet, vel inquietet in sua possessione, & in consequentiam actualiter restituat sibi prædictas res & earum detentationem, quia sine dicta restitutione non dicitur cessare à prædicta molestia; & quod condemnetur in fructibus & interesse molestationis præteritæ à tempore, quo detinet prædictas res: Et istud est proprium & juridicum remedium quod debet intentari in casu hujus legis, & ita à peritioribus practicatur.

Et si quæras & dubites: Quod remedium est utilius, & in quo consistat utilitas & effectus; cum utrumque remedium, scilicet, *adipiscendæ*, similiter & *retinendæ* possit competere successor majoratus, & per utrumque consequatur ipsas res majoratus & earum detentationem, ut supra dixi & probavi? Dico, quod istud remedium *retinendæ Uti possidetis*, erit longe utilius.

Anton. Gomez. ad Leg. Tauri.

lius, imò quandoque necessarium: quia remedium sive interdictum *adipiscendæ*, scilicet *quorum bonorum*, & simile, ut remedium l. fin. Cod. de *Edict. div. Adrian. toll.* & petitio hereditatis non poterit competere contra tertium detinentem res majoratus cum titulo; quia illa remedia non dantur contra titulo possidentem: text. est in leg. 1. ff. *Quorum bonorum*, ibi: *Quod ex his bonis pro hærede aut pro possessore possides, &c.* & ibi notat Bartol. & ibi Franc. de Rip. 1. col. num. 2. & per illum text. tenet etiam Bartol. in leg. 1. Cod. *Quorum bonorum*, fin. column. in finalib. verb. ad idem est text. in leg. 2. Cod. eod. titul. per quem ita tenet ibi Angel. Salycet. & communiter DD. & Bald. in Rubr. Cod. eodem titul. text. in l. *Regulariter*. ff. de *Petit. hæred.* text. in leg. 2. & in leg. *Hæreditatis*, Cod. de *Petit. hæred.* & utrobique communis opinio. Nec obstat si dicas, quod titulus habitus in re majoratus esset nullus, cum sit res prohibita alienari; & petitio hereditatis, & per consequens prædicta remedia *adipiscendæ*, bene dantur contra possidentem titulo, quando habetur pro non titulo, ut in leg. *Nec ullam*. §. *Omnibus*. ff. de *Petit. hæred.* Quia respondeo, quod tempore tituli habiti constabat esse res majoratus. Tamen remedium sive interdictum *Uti possidetis* competit successor majoratus, etiam contra tertium detentatorem qui haberet & detineret rem cum titulo; quia istud remedium *Uti possidetis* datur contra quemlibet detinentem rem, etiam cum titulo; imò etiam contra verum dominum ejus: unde si possessor turbatur à domino verbo vel facto, vel possessor habet tantum civilem possessionem, dominus vero naturalem, clandestinam, vel vitiosam; vel possessor habet utramque possessionem, dominus vero solam detentationem; talis possessor potest agere hoc interdicto *Uti possidetis*, etiam contra dominum, ut non molestetur, & per consequens fiat sibi restitutio naturalis possessionis vel detentationis, & dominus non potest opponere exceptionem tituli vel domini; ista est glos. singularis & unica in leg. *Si de eo*, §. fin. ff. de *Acquirend. posses.* in gloss. fin. quæ expressè vult, quod interdictum *Uti possidetis* datur & competit contra dominum molestantem & inquietantem; & agenti interdicto *Uti possidetis* non obstat exceptio domini, etiamsi in continenti provetur: & ad hoc notat & commendat ibi Bartol. 2. column. num. 2. & dicit singularem & unicam Joan. de Imol. ibi, 1. column. & ante eum ibi Rainer. in fin. tenet etiam & declarat ibi Cuman. 2. column. Aretin. 2. column. in med. sequitur etiam & reputat singularem Alexand. ibid. fin. col. num. 4. & per illam Gloss. ita tenet Bartol. in leg. *Naturaliter*.

§. Nihil commune. ff. de Acquir. posses. 2. col. in medio, & ibi Cuman 2. col. Vincent. 5. col. num. 15. Jas. 11. column. num. 49. Franc. de Rip. 15. column. n. 98. tenet etiam Bartol. in Cons. suis, cons. 81. num. 4. idem Bartol. in leg. fin. de vi. ff. de Judic. in fin. & ibi Paul. fin. col. Bald. in leg. Ordinarii, Cod. de Rei vend. penult. column. & ibi Salycet. penultim. column. idem Salycet. in leg. Si quis ad se fundum, Cod. ad leg. Juliam de vi, 3. column. Bald. in leg. Si quis conductionis, Cod. Locati, 2. column. in fin. Abb. Panorm. in cap. In litteris, de Restitut. spol. 2. column. in fin. & ante eos tenet Jacob. Butr. in leg. Incerti juris, Cod. de Interdictis, 3. col. in med. & ibi Salyc. 8. column. num. 21. tenet etiam & reputat singulare & quotidianum Angel. de Aret. in §. Quadrupli. Institut. de actio. fin. column.

Contrarium tamen expressè tenet Din. in Regul. dolo facit, de Reg. jur. in 6. idem Din. in Regul. qui ad agendum, eodem tit. fin. column. & quæst. ubi expressè dicit, quòd sicut agenti interdicto adipiscendæ obstat exceptio domini, quando in continenti probatur, ut in leg. 2. cum materia, Cod. de Edict. div. Adrian. tollen. ita similiter obstat agenti interdicto retinendæ Uti possidetis: idem tenet Ang. de Perus. in leg. Dolo facit. ff. de Exceptione doli. idem Ang. in dict. leg. Si de eo, fin. ff. de Acquirend. posses. & ibi Paul. 2. col. num. 4. Richard. de Salyc. in leg. Si de vi. ff. de Judic. Cin. in l. 2. Cod. de Edict. div. Adrian. tollen. in fin. pro qua sententia & conclusione aliqui peritissimi literati in hoc regno ponderant leg. 27. tit. 2. 3. part. in vers. E si por aventura. Sed certè illa lex in illo versiculo tantùm loquitur in remedio adipiscendæ, ut ex verbis ejus & ratione colligitur, & probatur ibi dum dicit: *El que la tuviesse otro qualquier que la razonasse por suya*, & sic apparet, quòd ista est valdè dubia opinio, cum in eator & tanti DD. invicem sint contrarii: Unde reperio quòd per alios eligitur media via, & datur talis concordia: scilicet quòd si ex isto remedio & interdico Uti possidetis nulla est restitutio faciendæ, quia actor omninò possidet & detentat, sed tantùm molestatur verbo vel factò à domino; tunc semper debet obtinere actor, nec obstat ei exceptio tituli vel domini: & ita procedat prima opinio: Si verò ex isto remedio & interdico proposito esset aliqua restitutio faciendæ, quia actor possidet tantùm civiliter, vel civiliter & naturaliter, sed apud dominum conventum est naturalis possessio clandestina vel detentatio, quam tenetur restituere; in consequentiam tunc bene obstat exceptio domini, & probato dominio incontinenti, non tenetur dominus conventus restituere; & sic hoc

casu non habet locum contra eum interdico Uti possidetis, sicut non haberet locum interdico adipiscendæ: & ita procedat secunda opinio contraria: Et in specie istam doctrinam & concordiam tenet Anton. de Butric. in capit. In litteris de restitutione spol. 4. column. num. 22. quem refert & sequitur Alexand. in dict. §. Nihil commune. 11. column. num. 35. & ibi Socin. 3. column.

122 Sed his non obstantibus, indistinctè ego teneo primam conclusionem Gloss. & DD. imò quòd in nullo casu agenti interdico Uti possidetis obstat exceptio domini vel tituli, imò quòd restitutio realiter sit faciendæ, per jura, fundamenta, & rationes supra assignatas: & hanc primam opinionem & conclusionem Gloss. & DD. dicit magis communem Franc. de Aretin. in dict. leg. Si de eo. §. final. 2. column. ff. de Acquirend. posses. & in expressò pro hac sententia & conclusione Glos. & commun. quam teneo, facit textus in leg. 1. in fin. Cod. Si per vim vel alio modo, quem ibi ad hoc notat & ponderat Bartol. in fin. num. 10. idem Bartol. Imol. & alii DD. in dict. leg. Si de eo. §. final. Secundò ego considero ultra DD. textum expressum in leg. 1. §. Hujus autem interdico. ff. Uti possidetis, ubi probatur, quòd istud interdico datur possessori contra dominum, vel alium habentem rem legitimo titulo. Tertio facit text. in l. Ordinarii. Cod. de Rei vendend. Quarto, textus in l. Incerti juris. Cod. de Interdictis. Quintò, text. in §. Retinendæ Inst. eod. tit. Sextò, text. in ratione sui, in dict. §. Nihil commune. Pro qua communi sententia & conclusione ultra fundamenta superiora considero vivam & subtilem rationem: nam semper & principaliter hoc interdico Uti possidetis competit pro tuenda & conservanda possessione contra molestantem, vel inquietantem, ut desinat à molestia: & licet aliquo casu de supradictis veniat restituendæ detentatio vel naturalis possessio, tamen non est iudicium adipiscendæ nec recuperandæ, sed retinendæ; quia illud fit in consequentiam pro defendenda & conservanda possessione civili, vel utraque; unde utroque casu meritò datur contra dominum, & non amittit suam primordiale naturam. Istam tamen sententiam & conclusionem communem limita, & intellige, quando agens interdico Uti possidetis probavit de sua possessione, adversarius verò non; vel quando agens melius probat: secus verò si probationes in possessorio essent omnino pares; quia tunc ille vincet qui melius probaret de dominio: ita Bart. in dict. l. Naturaliter. §. Nihil commune. ff. de Acquir. posses. & ibi Moderni tenet etiam Aret. & Cuman. in dict. l. Si de eod. §. fin. eod. tit. Secundò limita & intellige, quando illa non est excep-

ceptio notoria & manifesta: secus verò si dominium esset notorium, ut quia reus conventus habet sententiam definitivam pro se in qua est declaratus dominus in lite agitata contra actorem; quia tunc illa exceptio domini obstat agenti interdico Uti possidetis, ita singulariter tenet & declarat Cuman. in dict. leg. Naturaliter. §. Nihil commune. 2. column. in fin. & ibi Paul. de Castr. fin. col. num. 7. Alexand. 11. col. num. 34. Rip. 15. column. num. 9. Confirmatur etiam, quia idem est in interdico recuperandæ; quia bene obstat exceptio domini, quando venit in continenti probanda per manifestam & notoriam probationem: argumento text. in cap. Ad decimas, de Restit. spoliat. lib. 6. ball. xxi.

123 Item quæro, an talis successor majoratus possit intentare petitionem hæreditatis contra tertium detentatorem rerum? Et breviter teneo quòd sic: quia succedit in majoratu tamquam hæres & jure hæreditatio, ut probat textus in cap. Significavit de rescript. textus in cap. Licet de voto & utrobique DD. & concludit notabiliter Oldrad. in Consiliis suis, consil. 94. column. 2. in fin. & Andr. de Iser. in cap. 1. de Feudo Marchie. 2. column. versic. Possent etiam reduci ad consonantiam, usque in finem, & Marc. de Laudo in suo tract. de Primogenit. 3. column. 8. quæst. princip. & voluit eleganter Bald. in l. Ex hoc jure. 2. column. num. 4. ff. de Justit. & jure. Sed petitio hæreditatis datur hæredi vel successori universali, ut in leg. 1. 2. & 3. per totum. ff. de Petit. hered. Ergo dabitur & competit huic successori majoratus. Advertendum tamen, quòd hoc debet intelligi, quando est successor majoratus universalis in totum, vel in quota hæreditatis; modò succedat immediatè primo fundatori, modò succedat mediatè: ita probat textus notabilis in leg. 3. vers. Sed & si Tutia. ff. de Petit. hered. ubi subtiliter Bald. & DD. text. in leg. Licet minimam, eod. tit. textus in leg. 1. §. 1. ff. Si pars hered. petat. non tamen competet successori majoratus in aliqua re, vel rebus certis & determinatis; quia talis non est successor universalis in solidum nec in quota, argumento textus in leg. Si quis servum. §. final. cum l. sequent. ff. de Legat. 2. & in l. Mulier que. §. final. ff. ad Trebel. Et isto modò intelligo, quòd successor majoratus possit competere interdico adipiscendæ quorum bonorum, de quo supra dixi: quia illud tantùm datur hæredi & successori universali, non particulari, ut probat textus in l. 1. versic. 1. ff. Quorum bonorum ibi dum dicit, & ad universitatem bonorum non ad singul. res pertinet, &c.

Item quæro, an talis successor majoratus possit intentare fideicommissariam hæreditatis petitionem, de qua in l. 1. & per totum. ff. de Fi-

deicommiss. hered. petit. Et breviter dico quòd sic, sicut dixi in petitione hæreditatis. Unum tamen est, quòd si defunctus, cui succedit successor majoratus, relinqueret hæredem ex testamento vel ab intestato ipsum successorem majoratus, & in sua hæreditate, essent illa bona majoratus & subjecta restitutioni, licet constaret majoratus in re vel rebus certis, bene possit talis successor intentare petitionem hæreditatis pro hæreditate, in qua succedit, & junctim petere omnia bona tam majoratus quàm hæreditatis: quia in tali petitione & remedio omnia venient, & intelliguntur comprehendi: ita probat Glossa nova, juncto textu in leg. Item videndum. §. final. in glos. fin. ff. de Petit. hered. ubi dicit, quòd bona feudalia veniunt in petitione hæreditatis: quam ibi sequuntur & declarant Angel. de Perus. Alber. Paul. de Castr. & alii DD. & per eam ita tenet & notat Bald. in cap. 1. 2. column. 5. de Success. feud. in usibus Feud. Joan. de Plat. in §. Actionem, Inst. de action. penult. column. num. 79. & 80. Nec obstat quòd petitio hæreditatis non datur nec competit hæredi vel successori post semel adeptam possessionem, ut est Glossa singularis in leg. 1. ff. de Fideicommiss. hered. pet. & ibi Bartol. & DD. & posui latè in materia petitionis hæreditatis, sed iste successor majoratus possidet per nostram legem; ergo ei non possit competere petitio hæreditatis: Quia respondeo, quòd non est effectus possessor naturaliter per actum proprium & verum apprehensionis, sed fictè & artificialiter per legem, ut notabiliter dixi supra, dum tractavi, an competat interdico adipiscendæ possessionis.

124 Item circa istam legem utiliter & necessariò quæro, an successor majoratus possit propria autoritate bona auferre à tertio detentatore, & per vim eum expellere? Et videtur quòd sic: Primò, quia licet possessor possit iudicem adire pro rebus ab alio occupatis consequendis, & eo casu nullam amitteret possessionem: tamen poterit ab eo propria autoritate auferre: Glos. est notabilis in leg. 1. §. Interdictum autem, in verb. Ultrò ff. Uti possidetis, & ibi tenet Bartol. 2. column. num. 3. ubi singulariter & magistratè dicit, quòd si possessio rei omninò vacabat, & quis eam occupavit, non potest dominus & primus possessor propria autoritate ab eo auferre, text. in leg. Sequitur. §. Item si occupaveris. ff. de Usucap. juncta Gloss. & communi opinione: facit bonus text. in leg. 1. §. Eum qui. ff. de Vi & vi armat. Aut possessio rei omninò non vacabat, sed per occupationem ejus, qui ingressus fuit, privatur primus possessor utraque possessione; quod contingit in re mobili, ut in l. Si rem mobilem. ff. de Acquirend. posses.